



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Formvlae Qvaedam Cavte Et Citra Scandalum loquendi de
præcipuis Christianæ doctrinæ locis**

Rhegius, Urbanus

Bonnae, 1544

VD16 R 1801

9 Libertas Christiana.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35397

dum resurrexistiſ, quia necdum uos ad
iutorium gratiæ miserantis erexit. Ta-
libus enim uerbis uideremur quibusdā
in turba denegare gratiam pœnitētiæ.
Sed hoc modo coram populo loqua-
mur, Si qui autem adhuc in peccatorū
damnabilium delectatione remorami-
ni, apprehendite saluberrimam disci-
plinam, quod tamen cum feceritis, no-
lite extolli quasi de operib⁹ ueſtris, aut
gloriari, quasi hoc nō acceperitis. Deus
est enim qui operatur in uobis, & uelle
& operari, pro bona uoluntate.

QVOMODO CAVTE
de Libertate Christiana
loquendum.

Christus nos liberauit à peccato &
pœna peccati, à eterna maledictio-
ne, uel morte, à potestate Satanæ, do-
nat nobis Spiritum sanctum, qui corda
D v nostra

n
n
u
e
l
f
nostra renouat, ut nobis libeat ambula-
re in præceptis Dei, & tuetur nos cōtra
insidias & uiolentiam Diaboli, libera-
uit nos item à lege cæremoniali & iudi-
ciali Mosi, & onere traditionū huma-
narum in Ecclesia. Omnes traditiones
Ecclesiæ, quæ ad ordinem faciūt, scrua-
mus libere, ut omnia in Ecclesia ordi-
nate gerantur. Sed non ponimus in iis
seruatis pietatem, uel citra scandalum
neglectis, peccatum.

. Hæc est præminēs illa libertas, quā
in Christo habemus, spiritualis, nō car-
nalis. Sed curandum est, ne libertatem
illam demus in occasionem carnis, sed
per charitatē scruiamus nobis inuicē, &
ne scandalizemus simplices fratres, si-
cut Apostolus docet Galat. v. Et Ro-
ma. XIII. I. Corin. VIII.

Man soll auf der geistlichen freiheit
kein fleischliche sicherheit vñ mütwillen
machen/

machen / das man wolte vogelfrey / vñ
niemands vnterworffen sein.

In carne possumus esse serui omnium, omnibus subiici, & simul in Spiritu esse liberi, non à debitibus & seruitute ciui li, sed à peccato, morte & inferno, ut iā peccatū & Satan nobis nō dominetur, sicut antea cum essemus sub tyrannide diaboli, & nondum essemus in Christi gratiam & regnum recepti. Ita Apostolus Rom. VI. Peccatum uobis non dominabitur, nō enim estis sub Lege, sed sub gratia. Et Ioan. cap. VIII. Si uos filius liberauerit, uere liberi estis.

Q V O M O D O C A V T E
de Magistratu loquendum.

M Agistratus nō est Tyrannis aut uiolentia, sed legitima potestas à Deo data nobis in bonum.

Omnes leges & constitutiones Magistratuū, Christiani diligēter seruare debent,